



1722, 10 33
DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS
DE

**MORA
CREDITORIS,**

QVAM
DIVINA AUXILIANTE GRATIA;
PERQVAM MAGNIFICO UNIVERSITATIS RECTORE,
REVERENDISSIMO ET PERILLUSTRI DOMINO,
DOMINO

JO. JOACHIMO HAHN,

EPISCOPO METELLOPOLITANO,

Eminentissimi Archi-Episcopi & Principis Electoris Moguntini per Thuringiam, Hassiam & Eichsfeldiam in Pontificalibus Vicario Generali, Eiusdemque Archi-Episcopalis Curiae Pro-Vicario Generali, SS. Theologiae & Juris Vtriusque Doctore, Protonotario Apostolico, Comite Palatino, Insignium Ecclesiarum Collegiarum ad Gradus B. M. V. & ad S. Joannem Moguntiae respectivè Scholastico, Canonico Capitulari, & reliq.

*EX DECRETO ET AUTORITATE AMPLISSIMI JCTORUM ORDINIS
IN ILLUSTRIS ACADEMIA ERFURTENSI*

PRÆSIDE

DN. JOH. HENRICO Meiern/

JCTO,

ELECTORAL. REGIMIN. CONSILIARIO, DECRETAL. PROF. PUBL. FACULT.
JURID. DECANO, UNIVERSITAT. SENIORE ET JUDIC. PROVINCIALIS
ASSESSORE PRIMARIO;

PRO SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORI-
BUS AC PRIVILEGIIS RITE ET LEGITIME
CAPESSENDIS,

PLACIDÆ ERUDITORUM DISQUISITIONI
DIE XXX. MAJI, ANNO MDCCXXII.

IN AUDITORIO JURIDICO COLLEG. MAJ. HOR. CONSV.

SUBMITTIT

JOHANNES HENRICUS Möller/

Jur. Pract.

ERFORDIÆ, Typis GROSCHIANIS, Acad. Typogr.



DIPTUTATIO JURIDICA HABITA...

MORA

CREDITORIS

IN VIRO AMPLISSIMO GREGORIO
PEROVAM MARIANO UNIVERSITATIS RECTORIS
VIRI DOCTISSIMI ET CENSURATISSIMI

DOMINO
JO. JOACHIMO HAHN

IN ILLUSTRI ACADEMIA BRUNSVIGENSIS
PRÆSIDIS
D. N. JOH. HENRICO


PROFESSORIS
JURIS DOCTORIS UNIVERSITATIS SENIORIS ET JUDICIS PRAESIDENTIS
ASSessoris RECTORIS

PRO SUMMIS IN VIROQUE JURE HONORI
SUIS AC PRIVILEGIIS RITE ET LEGITIME
CAPESSENDIS

TRADE BRUNSVIGIENSIS
DIE XXV MIIJ ANNO MDCCLXXII
IN AUSTRIACO JURIDICO COLLEGIIS HONORARIIS

JOHANNES HENRICUS HAHN





S. I.



Nihil inter homines sic indubitatum est, ut non possit, (licet aliquid sit valde justissimum) sollicitam quandam suscipere dubitationem, uti tradit Imper. Justinianus, in Nov. 44. c. 1. §. 3. quocirca, ne decipulis & fallaciis ex verbi significatione variâ latebræ quærantur; vocis ambiguae, in suas significationes distributionem prius, quam definitionem componendam esse, putamus; in triplici nimirum significatione MORAM apud Juris nostri auctores reperiri, observarunt interpretes. Jason. Joh. Sadolet. in l. 5. ff. de Reb. Cred. Flor. in l. 32. ff. de usur. Romuleus in compend. de Mora n. 8. & quidem primo sumunt pro synonymo verbi habitare, allegant huc l. 2. Cod. de incol. & ubi quis domic. habere videtur. l. 2. ff. de serv. export.

export. l. 3. ff. de Senator. l. 2. §. 4. de his qui not. infra. §. 2. Instit. de usu & habit. l. pen. Cod. de leg.

§. II.

Porro sumitur & ejusdem verbi morari propria hæc est acceptio, ut tardare & cessare significet. *l. f. §. 1. ff. ut legat. seu fideicom. nom. carv. l. 91. §. 1. ff. de V. O. l. 7. Cod. de his qui accus. non. poss. l. 6. ff. de usu & usufruct. legat. sic moratoria præscriptio l. 2. Cod. de pree. Imperat. offerend. quæ causam prolongat, id est, quando induciæ petuntur à Principe & moratoria cautio, de qua agit *Paul. in l. f. §. 2. ff. de Censibus.* ibi quo minus, ait, prædium jure pignoris distrahatur, oblata moratoria cautio non admittitur, h. e. cautio quæ datur, ut quis differat & expectet. Sic moratoria cunctatio apud *Ulpian. l. 7. §. 1. ff. de administr. Tutor.* & nihil aliud significat, quem longiorem cessationem; sensu planè non dissimili legitur in Justin. Constit. moratoriis ambagibus excludere spem in *l. ult. §. 1. Cod. de compens.**

§. III.

Nobis autem in præsentiarum est de MORA sermo institutus, eam verò pro habitatione accipi, nondum mihi constat: rectius autem mora pro lapsu temporis & dilatione absque causa sumitur, quam significationem innuit Jurisconsultissimus *Ulpianus in l. 21. ff. de Judic.* quæsitus: an debitori, debitum confitenti, dies conquirendis nummis indulgeri debeat? & id probandum dicit, quia magnum damnum in mora modici temporis non est.

§. IV.

S. IV.

Frequentius autem pro cessatione, quæ ex causa non iusta proficitur, usurpatur, cuius tam passim in iuris nostri liberis obvia sunt testimonia; Ulpianus enim monet, *non omne, quod differendi causa optima ratione fit, moræ annumerandum esse l. 21. ff. de usur.* quin hoc ut fraudandi causâ fiat, expressè Paulus requirit in *l. 22. ff. de usur.* & exemplo non inidoneo idem illustrat in *l. 24. pr. ff. eod. si quis, solutioni quidem moram fecerit, i. e. cessaverit, non videtur fecisse moram, scil. eam, quæ non ex iusta causa proficitur, si modo iustè ad iudicium provocaverit*, nam ut maximè, eventu considerato, moram contraxisse dici possit, ejus tamen ratio à Judice haberi non debet, cum non frustrandi, sed suum retinendi animo cessaverit, *leg. 40. ff. de petit. hered.* quo spectat Pomponius Jctus *sed cum queritur, ait, an per te factum sit, animadverti debet, non solum in potestate tua fuerit id, nec ne, aut dolo malo feceris, quo minus esset, vel fuerit, nec ne; sed etiam si aliqua iusta causa sit propter quam intelligere deberes, te dare oportere l. s. ff. de Reb. Cred.* Atque hanc posteriorem significationem in usu Juris, quoties, de morâ ejusque effectibus Jcti disputant, indigitant.

S. V.

Moram itaque, cum Paulo Busio, sic definimus, quòd sit frustratoria dilatio, præstandi id, quod vel à debitore, vel à creditore venit præstandum, sive in dando, sive faciendo consistat; intelligimus enim hîc,

ram debitorem quam creditorem moram contrahere posse; hunc cervicosè, fastuque divite non recipiendo; illum morosè non offerendo, utrumquè dependet ex æquitatis illa regula *ne sua cuique profit mora l. 1. §. 1. de except. doli l. 134. §. 2. de R. J.* Si enim creditori, debitum opportunè oblatum, recusare promiscue concederetur, magno sanè id cum incommodo debitoris fieret, qui & usuras & periculum pecuniæ licèt invitus præstare compelleretur; sic in contrarium, si debitori impunè morari permiseris, quid unquam iniquius & creditori acerbius contingere possit, quam suum officium cum damno & incommodo sibi cedere *l. 7. ff. quemadm. testam. aper. l. 61. §. 5. ff. de furt.* ipsumque nummis propriis nudatum, animam per egestatem trahere; debitorem autem alienis ferocientem in contemptum ipsius, spiritus altos gerere; Quare ut legibus, ita & definitione nostrâ, utriusque mora complecti & puniri debuit.

§. VI.

Contrahitur verò mora vel ex re, vel ex personâ; illa ex solo tempore tardæ præstationis, sine hominis interpellatione, ipso jure committitur; cujus exempla vid. in *l. 3. Cod. in quib. caus. in integr. restit. necess. non est. l. 26. §. 7. ff. de fideicomm. libert. l. 5. Cod. de act. emt.* quo pertinet etiam, si dies solutioni vel à lege, vel ab homine sit adjectus, qui quando venit, pro homine interpellat, *l. 12. Cod. de Contrah. stipulat. 1. 2. Cod. de Jur. Emphyteut. Duar. ad l. 77. ff. de V. O.*

§. VII.

§. VII.

Ex persona. h. e. vitio & culpâ personæ contractitur mora, si interpellatus oportuno tempore & loco non solverit, aut præstandum non præstiterit, *l. 32. pr. ff. de usur.* quæ tamen divisio creditorem, qui sola oblatione debiti in mora constituitur, non afficit.

§. VIII.

Omnis quidem & unica propè de mora debitoris quæstio est, quippe cujus proprium est, promptissimè accipere, testudineo autem gressu ad solutionem properare, præsertim, ut nunc sunt mores, eo enim res rediit, ut si quis quid reddat magna habenda sit gratia. de quo eleganter Plautus. *si mutuum exigere cupias, duarum rerum exoritur optio, vel illud quod credideris perdas, vel illum amicum amiseris; talento inimicum mihi emi, vendidi amicum.*

§. IX.

Contingit tamen nonnunquam, ut & creditor dives, miserum & promptum debitorem naso adunco suspendens, oblatum debitum accipere recuset, cujus factum usque adeo leges averfantur, ut ipsum periculo interitus rei. *l. 39. l. 72. ff. de solut. fructuum* (teneatur enim debitor saltem post oblationem de perceptis *l. 9. ff. solut. matrim.*) & denegandæ actionis. *l. 30. ff. de solut.* subjiciant; quod ultimum tamen generale non est, sed procedit post rei amissionem; Nec enim æquum

quum est, ut ait Jctus, teneri, pecuniã amissã, eum, qui non teneretur, si creditor accipere voluisset. *d. l. 71. de solut.* vel etiam, ut Glossa adjicit, quando in judicio pecuniam debitor obtulit, nam licet pecunia adhuc exret, non tamen eam casu postea deperditam petere poterit creditor, actionem enim Prætor ei denegat.

§. X.

Requiritur autem ad constituendum creditorem in mora, ut offeratur debitum tempore & loco oportuno *d. l. 39. de solut.* Nam quæ fit in non oportuno loco, vel tempore oblatio, non valet; idem namque est, non offerre, vel inoportuno loco & tempore offerre; quemadmodum paria sunt, non satisfacere, vel vitiose satisfacere *l. 6. ff. qui satis d. cog.*

§. XI.

Inoportunum tempus, vel etiam locus est, non tantum si alio. quam quo dictum est offeratur: ut *in l. 122. princ. ff. de V. O.* sed & si sacra facienti creditori; vel causam agenti apud Prætozem; vel funus familiae ducenti, justave mortuo facienti *l. 2. 3. 4. in princ. ff. de in jus vocand.* aut si triste aliquid ipsi nunciatur *l. 1. §. 2. ff. de eo per quem fact. erit, quo minus quis in judic.* propter quod numerationi adesse nequit, puta, filium mortuum esse. His enim & similibus casibus, si creditor pecuniam oblatam accipere recuset, vel etiam deponere apud nummularium, quoad oportunius tempus

❧ (9) ❧

pus affulserit, jubeat, debitoris, non etiam credito-
ris periculo eam esse, constat *l. 102. de solut.*

§. XII.

Obtulisse autem debitorem nonnulli Dd. intelli-
gunt, non cum pomposa verborum fermocinatione,
se paratum solvere dixerit, vel etiam sacco pecu-
niam ostenderit, sed realiter & actualiter numerave-
rit: *l. 72. §. 3. de solut. Jason. in l. 3. d. V. O. Roland. à
Vall. Vol. 1. Conf. 53. n. 34. & seq.* nisi forsitan res ejus ge-
neris sint, ut creditori offerri nequeant, tum enim
verbalis oblatio sufficit; hinc qui fundum debet, quem
se paratum solvere testatur, mora per creditorem fa-
cta intelligitur *Nov 91. cap. 2. Duar. ad l. 9. ff. solut. ma-
trim. dos quemadmodum petat.* & æquisimam hanc esse
distinctionem, dicit Ferret. *in tr. de Mora n. 28.* & com-
munem Dd. sententiam, ait Borchhold. *c. 7. n. 95. & 66.
de V. O.*

§. XIII.

Videamus tamen quæ contra eam probabiliter
disputari possint; quoad mentem Scævolaë in *l. 122. pr.
de V. O.* puto, eum casum talem proponere, in quo debi-
tor creditori, testatò dixit, paratum se esse numerare,
non autem numeravit, quæ tamen testatio tunc debitori
profutura fuisset, si in loco eodem solutionem promissis-
set. Sic etiam æquiparat casum oblationis & de facili solu-
tionis Ulpianus in *l. 4. §. 1. ff. de eo quod cert. loc.* quo argu-
mento evidenter liquet, sufficere oblationem talem,
quæ secum solutionem de facili trahat, ut si dicat de-
bitor

B

bitor

bitor, se offerre & paratissimum esse vel hoc ipso momento solvere. Et sibi imputet creditor, cum poterit accipere, quod non acceperit, nec illa ratione debitor morosus dici poterit, cum verbis contrarium demonstret, factio etiam demonstraturus, ni creditor solutionem averfatus fuisset, cujus in locum tunc succedit depositio; & sicuti debitorem in mora constitui dicimus, cum justam causam habet, ob quam intelligere debet, se dare aut facere oportere, *l. 5. ff. de Reb. Cred.* non sanè poterit diversum in creditore constitui, cum is ex oblatione verbali justissimam habet causam, ob quam intelligere potest, se recipere debere, neque solutionem detrectare posse.

§. XIV.

Deinde fatentur Dd, sufficere verbalem denunciationem in rebus iis, quæ facile ad creditorem transferri nequeunt: ratio ab ipsis hæc assignatur, quoniam potest creditor, si voluerit, eam acceptare: eadem verò obtinet etiam in iis rebus, quæ creditori offerri possunt: nec quicquam facit oblatio illa, quam ipsi tantopere urgent, cui conjuncta est numeratio: quoniam considerare debuerant, de eo casu nos agere, ubi creditor morosus est, nec debitum recipit; cui tantopere indulgere, ut debitor cogatur suâ cum molestia, nullo vero commodo creditoris, sacculum recludere, pecuniam numerare & deinde denuò recludere, absolum fuerit, sed replicabis, quomodo constabit integram summam oblatam esse? Respondeo
ex

ex testibus & depositione: Nam si postmodum apparet, integram summam depositam non esse, minime ea liberabit debitorem *l. 9. C. de solut.* denique cum nulla lege Dd. sententia confirmetur, non video cur eam sequi debeamus, quod enim trahant in probationem textum *l. 39. §. 102. de solut.* hoc non sufficit, nam in dictis legibus innuitur, pecuniam oblatam præsentem, aut sic comparatam esse debere, ut de facili solvi possit. Nam si offerret nummos, quos forsitan habet in remota quadam provincia, minime hæc oblatio ipsi patrocinaretur, *l. 72. §. 3. de solut. §. liber.* Inde tamen non sequitur, quod ipsi volunt, pecuniam numerari debere, nec sufficere, ut in sacco offeratur, vel etiam verbis, si de facili sit solutio. *l. 4. §. 1. ff. de eo quod cert. loc.* Ex quibus concludendum, oblationem verbalem, ubi solutio de facili est, vel eam, quæ pecunia in sacco inclusa fit, modo testibus præsentibus fiat *juxta l. 6. Cod. de usur.* valere, ita, ut, si creditor eam respuat, conjunctis cæteris, pro moroso habeatur.

§. XV.

Sequitur autem oblationem solennis obsignatio & depositio, uti ostendit *l. 9. §. 19. Cod. de usur. l. 9. Cod. de solut.* obsignatio autem fit sacco lino trajecto, signisque ceræ impressis obsignato *l. 1. §. 36. ff. depositi l. fin. ff. de leg. commiss. Brisson. de V. S. l. 13.* eumque in finem, ut postmodum creditori pecuniam recipienti constet, obsignatam pecuniæ summam oblatæ respondere.

§. XVI.

Depositionis locus assignatur in *d. l. 19. Cod. de usur.* nempe publicus, ut sunt sacratissimæ ædes, vel quem competens iudex, super ea re auditus, demonstraverit. Hoc ideo, ne si debitor penes se retineat, quæratur creditor, non semper ejus copiam fuisse, vel si perierit, factò debitoris id contigisse.

§. XVII.

Operatur autem hoc modo facta, cum obsignatione, depositio, 1.) ut periculo debitor liberetur, 2.) jus pignoris tollatur, 3.) cursus legitimarum usurarum inhibeat: uti hæc singula explicantur in *l. 19. Cod. de usur.*

§. XVIII.

Si autem debitor partem saltem offert, propter eam in mora constitutus conferri creditor non debet, oblatio enim & quæ eam sequitur depositio cedit pro solutione *l. 9. Cod. de solut.* quapropter, cum pro parte solvi creditori non possit, sequitur, nec offerri posse, unde & nominatim citata *l. 9. C. obsignationem* torius debiti requirit. Sic in *l. 13. §. 8. ff. de act. emt. vend.* oblatâ parte tantum pretii non locus dabitur actioni ex emto; quo & facit textus in *l. 41. §. 1. ff. de usur.* ubi quantumvis, parte debiti obsignatâ & depositâ, nec usurarum cursus pro parte tollitur; nisi hoc expressè sit actum, ut liceat debitori particularem offerre solutionem.

lutionem; neque negari potest, ex natura obligationis jus quæsitum esse creditori solidum persequendi, quod jus ei invito adimi & auferri nequit: deinde minus solvi creditori non debet §. 33. *Inst. de Act.* minus verò solvitur creditori, si pars debiti offeratur, imò nihil solutum intelligitur l. 12. §. 1. l. 32. de *V. S.* quò pertinet l. 8. ff. de *solut.* &, ut supra diximus, creditor cogi potest, ut totum debitum accipiat, ergo & reus, ut totum solvat, tenetur; quia summa æqualitas in solvendo observari debet l. fin. *Cod. de fruct. & lit. expens.* addatur itidem l. 13. §. 8. ff. de *act. emt. & vend.* & l. 19. ff. de *pign. & hypoth.* hanc quoque opinionem sequitur *Alex. Bugtigel. Castell. & Dd. in l. 21. de Reb. Cred. Hottom, illustr. qu. 22. Sichard, in l. 1. n. 8. Cod. de solut. Donell, in l. 9. Cod. de solut. & de communi attestatur Borchhold. C. 7. n. 10. nihilominus contra hanc opinionem disputat Alciat. Decius & quos sequitur Corralius.*

§. XIX.

Præcedentibus & hæc annecti controversia debet, an, si debitor ante diem, solutioni præstitutum, solutionem offerat invito creditori, eum in mora constituat? quod negarunt *Æmil. Ferret. & Jacob. Cujac. ad l. 38. §. 16. de V. O. Borchhold. c. 6. n. 33. de V. O.* sed affirmant *Barth. Coras. in d. l. 38. §. 16. ibid. Donell. ff. de V. O. Ant. Fab. 1. conj. 1. & quidem hanc ob causam, quia expeditum est inter Dd. quod invito creditori ante diem solvi possit per text. in l. 70. l. 98. §. 84. ff. de solut. l. 50. de oblig. & act. l. 12. Cod. de fideicom. Barth. & Dd. in l. 8. ff. de consit.*

fit. pecun. dies enim adjicitur regulariter favore debitoris, ne ante ad solutionem compelli possit : sed totum tempus intermedium sit liberum promissori *l. 4. §. 1. l. 38. l. 16. l. 137. §. 2. ff. de V. O.*

§. XX.

Purgare autem moram creditor potest, si congruo loco & tempore interpellet debitorem & se paratum nunc accipere ostendat; qua in re opus est iudicem adeat, si ejus jussu pecunia deposita sit : *Salicet. in l. 4. princ. qu. n. 1.* purgat verò ad actionem conservandam intra tempus modicum *juxt. l. 135. §. 2. ff. de V. O.* quod videtur *Jason in l. 84. ff. de V. O.* impugnare & prolixius tempus, aut cum debitore saltem æquale concedi debere : quia debitor seu reus mediante purgatione intendit de jure novo quærendo, in præjudicium ipsius creditoris, magis autem jura favent juri quæsito conservando, quam de novo quærendo *arg. l. 8. de his qui sui vel alien. Jur.* verùm facillime responderi potest : quoniam reus moram purgans non certat de aliquo novo jure quærendo, sed potiùs de conservando eo, quod habuit antequam moram incurreret. Ad quærendam verò actionem creditor nullo modo purgat : *l. 41. §. 12. ff. de fideicommiss. libert.* Ratio diversi juris est, quoniam priori casu de damno vitando, posteriore verò, de lucro captando & eo, quod non habuit, certat, ejusmodi artem petitioni non facile jura favent.

§. XXI.

§. XXI.

Coronidis quasi loco adjiciam, quod ex duobus reis credendi, unius mora in recipiendo alteri noceat; cum enim quilibet solutionem recipere possit *l. 27. princ. ff. de pact. l. 31. §. 1. ff. de nov. & delegat.* & mora ejus, qui solutionem recipere potest, nullum tamen jus habet in re, sed nudus minister est, noceat ei, ad quem res pertinet. *l. 9. Cod. de usur. l. 23. ff. de oblig. & act. Barth. in l. 16. ff. de duob. reis const.* ergo multo magis in nostro casu.

§. XXII.

Hæc sunt quæ festinante calamo conscripti; plura quidem afferre libuisset, nisi temporis angustia aliisque de causis impeditus fuisssem. Veniam itaque a B. L. me facile impetraturum confido, quod tam strictim hanc materiam tractaverim: in qua si omnibus non satisfactum fuerit, tam alienus ab humanitate non sum, ut in errore reprehendi me, pati non possim. Faxit omnipotens DEUS, ut omnia in nominis sui sanctissimi gloriam cedant.

FINIS,

CO.

COROLLARIA

I.

AN per procuratorem, habentem speciale
mandatum possit testamentum, Codicillus
vel alia ultima voluntas, domi ordinata, ins-
tuari vel deponi apud Magistratum, ut habeatur
pro testamento &c. Judiciali? quod negan-
dum censeo

II.

Num contractus venditionis in ultima vo-
luntate celebrari possit? quod affirm.

III.

Num mulier juratò renuncians, intercedens
pro marito, recte firmet actum, ritibus omissis?
adstipulor sententiae negativa.




ULB Halle
001 585 339

3



56







1722, 10 33

DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS

DE
MORA
CREDITORIS,

QVAM
DIVINA AUXILIANTE GRATIA;
PERQVAM MAGNIFICO UNIVERSITATIS RECTORE,
REVERENDISSIMO ET PERILLUSTRI DOMINO,

DOMINO
JO. JOACHIMO HAHN,
EPISCOPO METELOPOLITANO,

Eminentissimi Archi-Episcopi & Principis Electoris Moguntini per Thuringiam, Hasiam & Eichsfeldiam in Pontificalibus Vicario Generali, Ejusdemque Archi-Episcopalis Curie Pro-Vicario Generali, SS. Theologiae & Juris Vtriusque Doctore, Protonotario Apostolico, Comite Palatino, Insignium Ecclesiarum Collegiatarum ad Gradus B. M. V. & ad S. Joannem Moguntiae respectivè Scholastico, Canonico Capitulari, & reliqv.

EX DECRETO ET AUTORITATE AMPLISSIMI JCTORUM ORDINIS
IN ILLUSTRIS ACADEMIA ERFURTENSI

PRÆSIDE
DN. JOH. HENRICO Meiern/
Jcto,

ELECTORAL. REGIMIN. CONSILIARIO, DECRETAL. PROF. PUBL. FACULT.
JURID. DECANO, UNIVERSITAT. SENIORE ET JUDIC. PROVINCIALIS
ASSESSORE PRIMARIO;

PRO SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORI-
BUS AC PRIVILEGIIS RITE ET LEGITIME
CAPESSENDIS,

PLACIDÆ ERUDITORUM DISQUISITIONI
DIE XXX. MAJI, ANNO MDCCXXII.
IN AUDITORIO JURIDICO COLLEG. MAJ. HOR. CONSV.

SUBMITTIT
JOHANNES HENRICUS Möller/
Jur. Pract.

ERFORDIÆ, Typis GROSCHIANIS, Acad. Typogr.

KÖENFRIED
UNIVERS.
ZVHALLE